



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

83. Decisio S. Rotæ Romanæ coram R. P. D. Bichio, in causa Hispalensi  
Decimarum. Veneris 25. Iunii 1649.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](#)

## Decisions Nouissimæ

324.

bus deducitur validitas testamenti, de quo agitur, Di-  
xerunt Domini non applicari calui nostro, quia ema-  
narunt inter diuersas personas, ad diuersum effectum,  
& super diuersariculio.

Et ita utraque, &c.

### DECISIO LXXXII.

Sacra Rota Romane coram R.P.D. Otthobono.

Toletana Decimatum.

Dnia 22. Iunij 1649.

1. Pro Eminentissimo, & Reuerendissimo Cardi-  
nali Archiepiscopo Toletano fuit resolutum,  
esse illi dandum mandatum de manutendo exigendi  
Decimas super bonis Patrimonialibus Gundisalui  
Muñiz, seu Muñoz Loayza, Treuicio Equitis de Cala-  
trava, quia possessio D. Archiepiscopi exigendi Decimas  
ex fratribus Pradiorum, ac bonorum Patrimonialium  
dicti Gundisalui, probatur ex pluribus Testibus depo-  
nentibus Aum, & Patrem Gundisalui, de eisdem bonis  
soluisse Decimas Arrendatariis D. Archiepiscopi atque  
aliis Ministris, & vterius concludunt solutionem con-  
tinatam usque ad annum 1634. & 1635. vt in Summ.  
n. 1. Hac igit possestione attenta in re merito D. Archiepiscopos possessor in ea est manutendus §. reti-  
nenda insit, de interd. 1. f. s. p. 4. Rota in Hispanen.  
Decimatum 27. Iunij 1644. in princ. coram R.P.D. meo  
Corrado, & in Toletana decimatum 15. Iunij anni pre-  
terius. Ex enim possestio coram R.P.D. meo Cels.

2. Neque obstat, quod Gundisalus, & alij Equites de Calatrava confluenter non perfoluerent Decimas de eorum bonis Patrimonialibus, vt conantur probare Te-  
stes pro Equite examinari, & relati in Summario D. Archiepiscopi n. 2. quia Testes non concludunt negati-  
vum, prout deberent videlicet, quod solutio fieri non  
potuisset, quin ipsi vidissent, & sciissent, Bart. in l. 1. hoc  
interdito n. 8. f. s. p. 4. in iure, atque priuato, Rota coram  
Capit. dec. 417. n. 3. Seraph. del. 110. n. 8. pluribus addu-  
ctis in Hispanen. Decimatum 15. Februario 1647. §. quia  
natura, coram R.P.D. Melio, & in dicta Toletana sub  
§. non obstat coram D. meo Cels.

3. Nec minus prædicti Testes probant scientiam, &  
patientiam Archiepiscopi, sine qua Equitus Calatrat-  
ua nulla potuit acquiri quasi possessio exemptiæ non  
soluendi Decimas, l. quoties 15. §. se uitatem, f. de ferri.  
l. 2. & ibi Gloss. in verb. sciente C. de ferri. & a. Rot.  
coram Buratt. dec. 572. n. 12. & in rec. dec. 23. n. 5. p. 6.  
præfertim in damnum Ecclesiæ, cui ex negligentiæ Pra-  
lati, aut aliorum nullum inferi potest praividicium, vt  
cumulatis decisionibus fuit luculentiter firmatum in  
Hispanen. Decimatum 27. Iunij 1644. in §. secundo quia,  
coram R.P.D. meo Corrado, & sequuta fuit Rota in dicta  
Toletana decimatum §. præfertim coram R.P.D. meo Cels.

4. Et vterius possessio particularis concludenter pro-  
bata D. Archiepiscopi exigendi Decimas super bonis  
Patrimonialibus Equitis Gundisalui præfertur posses-  
sio generali exemptiæ, quam ipse, aut alij Equites  
prætendere possent, Marescot. var. ref. lib. 1. c. 11. n. 28.  
Rota coram Seraph. dec. 1380. n. 2. & in dicta Hispanen.  
decimatum 15. Februario 1647. §. unde coram R.P.D. meo  
Melio.

5. Minus obstat Priuilegium Pij IV. emanatum ad  
fauorem Equitum de Calatrava. Dat. Tuderti anno  
1462. Idus Nonemb. Pontificatus Anno 5. quia excep-  
tio Priuilegij exemptiæ reicitur ad peritorium, nam  
manutentio dependet à possessione, non autem à Priu-  
ilegiis, Rota dec. 562. n. 3. p. 1. recent. & in dicta Hispanen.  
coram R.P.D. meo Corrado, sub §. Quia fuit resonsum, &

in dicta Toletana decimatum coram D. meo Cels. sub  
Non obstante priuilegia.

6. Seu exceptio priuilegij exemptiæ admitti posset,  
quando Priuilegium esset adeo clausum, & indubitate,  
vt nullus supercesset hastandi locus, Rota dec. 308. n.  
13. p. 5. recent. & firmatum fuit in dicta Hispanen.  
coram D. meo Corrado. sub §. Nec aduersus. Priuile-  
gium vero Militum, quod fuit datum in Summario  
D. Archiepiscopi num. 12. plures contine difficul-  
ties; nam loquitur de exemptione bonorum Patrimo-  
nialium, sed tantum de exemptione bonorum Re-  
ligionis, vt in specie simili exemptionis firmavit Ro-  
ta contra Milites de Alcancara apud Seraph. ac. 603.  
per tot.

7. Imò Priuilegium expreſſe loquitur de decimis ex-  
traordinariis debitis, iute humano non autem de Ordinariis  
debitis iure Diuino, vt ex lectura appetat. Et ita  
etiam in dubio interpretandum est, prout codem mo-  
do Rota fuit interpretata, aliud Priuilegium existens  
simpliciter a solutione Decimatum a Pio IV. Summario  
Pontifice concilium Religionis Hierosolymitanæ in  
Hispanen. decimatum de Barceona 16. Martii 1647. sub  
§. Non obstante Priuilegio coram R.P.D. meo Cels. &  
priuilegio simili Priuilegio conceſſo a Benedicto XI.  
Monialibus Ordinis S. Dominici dixit Rota in Vercell.  
decimatum 15. Nonemb. 1645. in §. Hinc ejusmodi  
R.P.D. meo Cerro.

8. Et collit omnem difficultatem ipsum Priuilegium,  
quia non continet derogationem cap. viii. de Dein,  
quod tanquam conciliare indubitate, & specificam de-  
rogationem requirit Archidiacon. in cap. 1. n. 2. ver. 1. et  
dic planis de consit. in 6. Mohedan. dec. 7. n. 1. locu.  
Rota divers. dec. 123. p. 1. coram bon. mem. Coccin. dec.  
279. n. 6. in dicta Vercellen. decimatum 15. Nonemb.  
1645. in §. Non obstat præcensum priuilegium, & §.  
Ianuar. 1646. in §. Nec obstat visa fuerint coram R.P.  
D. meo Cerro, & in alia Vercellen. decimatum 31. Maii  
1647. in § final. coram R.P.D. meo Royas, & in sepe ci-  
tata Toletana decimatum coram R.P.D. meo Cels. in §.  
pen. & alibi sap. Et ita fuit resolutum Eminentiss. D.  
Archiepisc. tantum informante.

### DECISIO LXXXIII.

Sacra Rota Romane coram R.P.D. Bichia.

In causa Hispanæ Decimatum.

Veneris 25. Iunij 1649.

§. 1. **V**trum Capitulo & Canonici Cœdralis  
Ecclesiæ Hispanæ in quasi possessione ex-  
gendi decimas ex fructibus bonorum, que partes Do-  
minicani Monasterij S. Pauli eiusdem Ciuitatis hædi-  
tarior, vel alio titulo a Latice acquisierunt, & propriis  
sumptibus colunt, vel è concesso ipsi Dominicani in  
quasi possessione non soluendi dictas decimas dicunt  
manutentio, fuit hodiernæ disputationi expposito, &  
ad fauorem Capituli resolutum, prout alias in secunda  
instantia coram R.P.D. meo Melio, quia illi intentio  
fundatur ne dum in assistencia iuri, quam habet vi ge-  
neralis, & perpetuus administrator redditum, & deci-  
marum Vice Archiepiscopi vniuersalis Parochi in  
Diocesi Hispanensi, sed etiam in particulati quasi pos-  
sessione exigendi decinas ex ipso prædio numeratio di-  
buena speranza olim possesto à Dideco Henriquez, &  
per eum vendito Dominicanis, de quo deponunt plu-  
res Testes de facto proprio summ. cap. n. 4. & proprie-  
tate bene de quasi possessione probant Bald. in l. 21. C. de  
fructib. & lit. expen. Coccin. dec. 459. n. 2.  
2. Eadēque quasi possessione acquista in tempore quo

possidebat Henriquez ad obtinendam manutentionem aduersus Dominicanos illius successores Capitulo suffragatur, quia ius metimur ex parte actoris, cumque sit reale mutata persona possessio non immitatur, ut in terminis decimatum Rota dec. 341. n. 1. part. 1. recent. decif. 189. num. 3. part. 2. decif. 455. n. 2. penes modern. de manu. & magis in pumeto ad fauorem huius Capituli contra successores prætendentes habere priuilegium exemptionis à solutione decimaru[m] fuit decimus in Hispanien. decimaru[m] 27. Iunij 1644. §. quia fuit responsum coram R. P. D. meo Corrado, & in alia Hispanien. decimaru[m] de Baronia 12. Iunarij 1646. §. quia permissionem coram R. P. D. meo Cerro, nisi forte successoris priuilegium sit clarum, & indubitate in quibus terminis loquitur decisio 215. coram Reverendiss. V. gelten. & dec. 44. n. 4. part. 7. recent. vt declarauit Rota in Toleiana decimaru[m] 15. Iunij 1648. §. fin. coram R. P. D. meo Celsio quale (vt infra dicam) non est priuilegium Dominicorum.

5. Dicì vero non potest Capitulum à possessione cedisse ex eo per decennium, & amplius decimas non exegerit, quia civilis possessio animo retenta etiam ultra decennium continuata præsumitur in his incorporalibus, quando non fuit contradicta seu interuersa per denegationem solutionis semel factam à debitore, vel alter eiusdem iuris quasi possessionem non acquisuit, cum tunc non intret prelemptio obliuionis, ac admissionis animi possidendi, quan lapsus decennii inducere solet interuersa, vel occupata per alterum possessione; Lotter. de re beneficib[us]. quest. 38. n. 216. & seqq. Gratian. dis. ep[iscop]i. 10. n. 48. & seqq. & post Bertazzoli, loquenter taciturnitate per 30 annos Buratt. dec. 347. n. 10. & 11. Mantic. d.c. 272. n. 5. Rota inter recent. dec. 187. n. 5. part. 2. dec. 143. n. 2. & dec. 577. n. 13. inter impress. apud modern. de manu. cum aliis alleg. in d. tract. obseru. 5. 8. n. 1.

4. At in casu nostro Dominicani non probant denegali aliquando solutionem harum decimaru[m] Capitulo ipso acquirentem ad quem effectum non relevant Testes dati in illorum unum, 4. deponentes quod in Archiepiscopatu[m] Hispanie adeat quidam redditus nuncupatus Fratrum, & Monialium qui componitur ex hereditatis, & bonis per Fratres & Moniales acquisitis, cuius decimam percipiunt. Attredantes Archiepiscopatus, quia exinde resultat quidem probatio affirmativa, nempe quod bonorum ibi descriptorum decima ad Capitalum spectant, & ab Attredantibus exacte fuerint non tam negatiu[m] non pertinentia, aut denegationis decimaru[m] ibi non descriptarunt, vt ex Peregrin. & aliis respondit Rota in Bonon fideicommissio de Glanarinis 5. Iunij 1637. §. nec excusant, coram R. P. D. meo Rojas, facit decif. 497. num. 2. & 3. part. 4. recent. Ed minus, quia nulla adeat necessitas, aut obligatio has decimas arrendandi, & quod plus est in arrendamentis factis excipiunt nominatio decime illorum qui soltere reculant, eature ex actio reservatur Capitulo, unde proflus excluditur acquiescentia Capituli ne decima haec exigetur, vt bene ponderatum fuit in prima decisione huius causa coram R. P. D. meo Melito sub die 15. Februarij 1647. §. dum & in omnem eventum negligentia Capituli in exigendo quia præiudicare non valet Ecclesia penes quam possessio radicaliter manet, non efficeret quin eiudem Ecclesia nomine hodie peti posset manutentio, Seraph. n. decif. 1417. sub num. 3. cum aliis allegatis in Hispanien. decimaru[m] 27. Iunij 1644. §. secundo quia, coram R. P. D. meo Corrado.

5. Ex his correlatiō[n]e sequitur quod à Patribus Dominicanis nusquam acquisiti fuerit quasi possessio non soluendi, ac exemptionis à solutione decimae? quia cum actus negatiu[m] possessio pendeat ab ipsa denegatione, & per hanc affirmatiua possessio prioris possel-

Tom. VIII.

Ee mem.

enem. Cardin. Sacro, imp. apud modernum de manu dec. 422. n. 10. dixit in hoc summiſſimo iudicio non satis esse testes ad probandum non ius possessoris. 9. Cum itaque ut exceptio tituli respiciens peritorum retarderet manutencionem debat ne dum esse relevans in substantiam, sed etiam incontinenti indubitanter probata, ita ut de titulo constet per confessionem partis, aut rem iudicata, aut publicum instrumentum. Seraph. decif. 876. num. 2. Rota decif. 5. sub numer. 1. vers. quando hac notorietas de rebus sibi in non decif. 81. num. 5. penes Marin. Andr. in Lauenacen. & Melphit. honorum. 8. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Corrado in Calagariago beneficii de Cornago 1647. coram. Limitatio supra deducta, quod priuilegium clarum impedit, ne possessor manuteneatur intelligenda est de priuilegio probato per publicum instrumentum, vel altero ex predictis tribus modis, in quibus terminis loquuntur quotquot in id aduerso allegantur, non autem de eo quod presumi facit immemorabilis probata per Testes, nisi vltro eadem immemorabilis fuerit canonizata per tres sententias in iudicatum transactas, nam probationis tituli desumpta ex testibus iudicium possessorum non retardant. Rota decif. 72. numer. 9. & decif. 284. num. 8. apud modern. Petul. de manu. & idem in hoc Sacro Tribunal perpetuo decifum fuit, quod tunc demum immemorabilis impedit ne possessor manuteneatur, cum canonizata fuerit per tres conformes, ut in pluribus decisionibus allegatis a d. Moderpo de manu obser. 45. n. 19. & in 1. dec. R. P. D. meo Melphit. §. unde cum & nuper in Beneventana decimaru. 8. Marij anni currentis. §. tum etiam coram R. P. D. meo Royo.

10. Secundo animaduertendum est, quod in casu nostro dubitari vltius contingit, an Testes probent immemorabilem, cum deponunt Dominicanos interpellatos, ut decimam soluerint eam denegasse Capitulo Hispalensi sciente, & acquiescente, ut etiam pro inducenda immemorabili requiri voluerint infra allegandi, eo quod tempus non est modus inducendæ, vel tollendæ obligationis liberas non praescribitur sine facto praescriptis, quod in denegatione petita solutionis consistit; & petitione, ac denegatione ceſtantibus esse potius quædam abstinentia a solutione, quam consuetudo, seu usus non soluendi, cuius opinio auctor est Alex. conf. 136. num. 19. vers. 1. quod fuerint lib. 2. eumque sequitur Bursat. conf. 141. numer. 22. & seqq. vbi signanter sub numer. 25. ait opinionem Alex. esse communiorum & veriorem, Cephal. conf. 40. num. 32. & 33. Becc. conf. 128. num. 18. Rimini. iun. conf. 189. num. 47. & seqq. vbi respondet omnibus contrariis, alii que plena manu congesisti a Castell. de tert. reg. cap. 17. num. 7. quibus additus Rouit. decif. 97. numer. 5. & seqq. Rota decif. 655. num. 3. vers. & quatenus part. 3. recent. decif. 13. num. 1. inuncto numer. 5. part. 9. Neque contrarium firmatum fuit in Hispalen. decimaru. 26. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Corrado, quia eti in §. quoniam allegati fuerint Doctores contrarium sentientes, tamen in §. finali declaratur id ponderatum fuisse ad effectum dumtaxat demonstrandi quod articulus est disputabilis, & preterea interim deneganda non erat perita remissoria super qua principaliter illa decisio emanauit restituendo suis loco, & tempore eiusdem articuli quatenus opus sit pleniorem discussionem.

11. Et quamvis contraria opinionem, videlicet quod requisitum petitionis, & denegationis procedat quidem in prescriptione longi, seu longissimi temporis non autem in immemorabili amplexus fuerit, Aym. conf. 1. p. 1. p. 2. s. 1. s. 2. s. 3. s. 4. s. 5. col. penult. Natta conf. 146. num. 75. Menoch. conf. 887. num. 9. Avend. de exequen. mand. cap. 6. sub numer. 8. & pluribus allegatis Castell. de tract. de tert. reg. cap. 1. 29.

num. 8. & seqq. ex ratione, quia immemorabilis includit presumptam concessionem privilegij, quæ petitio, ac denegatione solutionis non egit, & in omnem eventum vtrumque per temporis immemorabilis lapsus intercessisse præluminatur. Quicquid sit de virtute opinionis veritate hac ipsa doctrina discrepantia efficit, ut exceptio immemorabilis require dicatur altiori indaginem, propterea non securus, ut exceptio facti dubij à summiſſimo possessori relata. Cap. decif. 10. n. 19. & 20. Seraph. decif. 27. sub numer. 6. num. 5. penes Salu. idem Pacif. tract. insp. 2. cap. 2. n. 8. & seqq. & fuit dictum in Bonon. fidei commissi de Samili. 17. Maij 1647. §. finali coram me.

12. Insuper quia prædium hoc di bona speranza solum ab anno 1615. effectum est Ecclesiasticum, & a Dominicanis possesso, post quod tempus certum est immemorabile non fuisse inducendam remane dicendum. Aut immemorabilis super aliis bonis Dominicorum suffragetur in bonis futuris, ac nuper acquisitis, quam questionem tangit supracitata decif. Hispalen. decimaru. anni 1647. §... quia si sola dubitosa sufficiat, sed pleniori cognitioni, vt catena in fine referatur, patet, quæ affirmatiuam sententiam in terminis privilegij exemptionis a decimis distinguendo inter priuilegij, & praescriptionem sequitur Suar. de relig. tom. i. lib. 1. cap. 19. sub numer. 7. Caſt. Palao moral. tom. i. tract. 10. de decimis & primis. diff. unica punt. 12. numer. 6. Sed negotiū in ipsis his terminis immemorabilis videatur amplexa. Rota penes Put. decif. 150. numer. lib. 1. ex ratione quia praescriptio non operatur in poſta quætit, sed antea, & immemorabilis non operatur quæda quæ de nouo superueriunt, sic etiam Gab. de præcip. concil. 1. numer. 2. Zaf. concil. 1. lib. 1. numer. 3. & seqq. lib. 2. ut insuper haec quæſtione maturius deliberandum esse dicit in puncto privilegij exemptionis a decimis Ferdinand. Arias de Mela var. refol. lib. 3. c. 13. numer. 22. in fine. Quapropter cum tot concordant altioris indicandi argumenta ac testes ad probandum immemorabilem inducēti non coarctare negantur solutionis per 40. annos ut latius ponderatur in decif. R. P. mi Mellij nullatenus interim praetextu alzeta immemorabilis suspendenda est manutentio Capituli in quæ possessione plenè probata decimam, de qua agitur percipiendi, ut fere in puncto Matelc. var. refol. lib. 1. cap. 11. numer. 18. circa fin. Rota in alia Hispalen. decimaru. 27. Iunij 1647. §. alzaverò coram R. P. Danio Corrado.

13. Minus relevat communicatio privilegiomallorum Mendicantium inter quæ adiit illud Parvum Iesuitarum canonizatum in dec. 44. pars. 7. recent. in aliis, quia sub ea non venit exemptio a decimis diuini, nisi fuerit expressa, & vltius adiit individua derogatio Concilij generalis sub Innocentio III. relatæ in tenuper. de decem. vt in terminis communicationis fuit decim. inter rec. dec. 14. n. 5. part. 2. dec. 40. n. 1. & part. 4. & in Vrbinate. de inmarum coram S. D. N. Innocentio X. impress. post tract. modern. de iur. Abbat. dec. 91. n. 4. vbi allegantur concordantes, & in Mediolan. decimaru. coram bon. mem. Coccino inter eius impress. dec. 279. numer. 2. & seqq. cum aliis relatis ad Add. ad Bursat. dec. 704 n. 13.

14. Tandem non obstat, quod hoc prædium Dominici cani emerit ex pretio alterius prædij per ipso vendid laicis, cuius proinde loco subrogandum praetendunt, cum quia, ut vi subrogationis hoc prædium esset exemplum, dandum esset de exemptione prædij in cuius locum dicitur facta subrogatio, ut ex text. in l. memo plus iuriis. reg. iur. respondit Rota dec. 151. n. 9. apud modern. de man. tam etiam quia subrogatio expresa non adest, & quæ fit ab homine non transferit in subrogati præterea principialis Rimini. iun. conf. 18. n. 88. Valenz. conf. 19. n. 52.

# Sacrae Rotaæ Romanæ:

327.

n. 52. lib. 2. Girund. de primi. n. 313. Rota dec. 95. n. 5. p.  
3. recen. dec. 402. n. 1. part. 4.  
Et ita decisum utique parte informante, &c.

## DECISIO LXXXIV.

Sacra Rota Romane coram R.P.D. Arguelles.

In causa Calaguritana Benef. de Ocon.

Mercurij 15. Novembris 1649.

§. 1. Vtissima visa fuit [ si vlla vñquam ab] Calaguritana [Francisci Gomez appellatio cui locum esse in istis Beneficiis constanter tenuit Rota ex docte, & eleganter deducit in Calaguritana Beneficiorum 17. Februario 1648 coram R.P.D. in eo Bichio,] qui cum die 8. Martii 1648 fuisse ab Ordinario approbatus ad curam animarum, & obtinueret licentiam generali inferiendi Parochialibus loco Rectorum, audienda confessiones, & absoluendi a casibus referuntur excepta excommunicatione maior, factilegij, & ut ipsa cantat facultas ] per spatium vnius anni summumer. 3. In concilio postea [ tribus tantum mensibus interiectis nempe 8. Junij eiusdem anni ] de more habito ad Beneficium simplex de Ocon, fuit ad curata reprobatus habili, & digno ad ea declarato Garzia Clerico sptimae tonsuræ, & qui non ita pridem in alio examini fuerat reiectus. Inmo (quod plus est) cum eadem ipso die reprobationis fuerit ei reuallata, & confirmata supradicta facultas ab ipso Episcopo usque ad figuram visitationem, & per se paratum instrumentum specialis commissa potestas ut in Beneficio Parochiali de Ocon, & eius annexis munere fungeretur curati per biennium cum claustra, & pariter mandamus Beneficiatis, & ceteris personis Ecclesiasticis, & secularibus, oppidi predicti, & illi annorum quod habeant, & teneant pro Curato deferendo ei honores, & praeminentias, & respondingendo ei de fructibus, & emolumentis ipsi debitis occasione dicti muneri, &c. A quo si non manifesto, saltem plusquam probabili grauamine appellante Francisco, & subdelegatur Index in partibus coram quo iterum ad examen reuocaret perente, fuit affirmatiue responsum.

2. Quid enim aliud fecisse videntur examinatores, quam Episcopum suum ipsum, cuius fama prospicere, cuius decreta reuereri maxime tenebantur, redarguere, & insimilare summa negligenter, dum, quem in Curatum ipse deputar, eadem die incapacem iudicant ad beneficium simplex in eadem Ecclesia, licet in vanum cum praesumptio iuriis flet pro iudicio Episcopi cap. in presentia 6. & ibi Doct. de renuntia, Sacrol. Concil. Tridentin. sess. 24. de referuata. cap. 18. ubi multis de more concegitis Barbosa num. 15. & de offic. Episc. aleg. 60. num. fin. in fine tom. 3. & de offic. Paroch. part. 1. c. 2. num. 141. Rota cum aliis in Maioricensi, parochialis 13. Iunij 1645. §. Si quidem pro iudicio Ordinarii semper presumendum est, & 18. Iunij 1647. §. nam quanvis coram R.P.D. meo Celsio, & magna suspicio irrationabilis iudicij examinatorum, & tam ad id quam ad subdelegationem concepsit optimè quadrant verba Pontif. in cap. accepimus 13. de stat. & qualitat ordinandorum ibi. Vnde grauius sustinere non debet, sed nobis potius devote inclinare teneri, si illos examinare per alios facimus, quos sine examinatione non credimus ordinatos, & Rota quasi ad amissum pro nostro casu resecata in una Legionem, beneficij de Capillis 15. Februar. 1588. coram clar. mem. Card. Pamphilio. §. 1. ibi, & maxime quia ex circumstantiis facti non modicam conceperunt suspicionem quod huic repulsioni causam debent nimia graria erga Garziam, & apud Seraph. dec. 968. num. 1. ad fin. ibi, Praeter ea cum &

ante presentationem, & possiblitas fuerit pro habili ad Curatam, valde innuerisimile est, quod medio tempore fuerit inhabilitis, unde valde suspecta videtur relatio priorum examinatorum. Et agitur ibi de reprobato, qui & ante, & post examen (licet non ipso die, vt iste noster) sed multis interiectis haberat licentiam inferiendi in Curatis, & sic in fortioribus, & mirè coram Comitolo in causa Calaguritana, & subdelegacionis examinis dep. 38. n. 5. ibi, Praterquam quod qui per ipsam Ordinarium ad curam animarum deputatus fuerat in ascensu ad simplex beneficium curva inveniam, non praesumitur reprobatus, &c. & paulo inferiori Maximè cum paucis post dies idem Petrus ab examinatorebus approbatus fuerit, & ex pronostione datus in Coadiutorum cure.

3. Conducit etiam regula vulgaris, quod approbatus semel, non debet reprobari. Pomponius ff. ne negot. ges. & multis D.D. Valaf. axiom. 10. liter. A. ubi in fine respondet contrarii, & addo Oldr. conf. 18. cum primum in princ. Innoc. in c. cym. venerabilis n. m. 7. vers. item si admittit de excepti. & in d.c. acceptius num. 1. Felin. in c. ex literis de constit. n. 6. & in d.c. cum venerabilis n. 48. qui loquitur in puncto approbatorum ad beneficia, & est optimus text. in d.c. acceptius, ubi loquitur non folium of approbato ab ipso Episcopo, sed etiam de approbato ab antecessore, & horrendum 1. 37. q. 5. c. fatis peruersum 7. 56. d. i. v. & aliis per Amayam in l. 3. in fin. C. de canon. largit. tit. lib. o. & Larream d. 1. Granat. 2. n. 5. & 12. ubi n. 20. respondet contrarii. Et in terminis quod debet subdelegari examen in partibus, Rota d. decisi. 48. coram Comitolo, & pro constanti supponitur coram Penia, dec. 106. num. 2. ubi fuit negatum et eo quod post quadriennium à die reprobationis fuerat petitus, & in fortioribus coram san. mem. Gregor. XV. in alia Calaguritana dec. 181. n. 2. quia ibi appellans venerat ad Curiam, & ibi fuerat approbatus ad Curata, & appellans qui remanerat in partibus, obtinuit, ut subdelegetur examen in partibus, quia prætendebat esse etiam habili ad Curatum, cum fuisse ante a Synodalibus vterque tantum ad simplicia approbati: & quod magis est quia nec in dictis decisionibus fuit dubitatum dandum esse subdelegationem, sed ex aliis causis prætendebatur, esse denegandum examen, non vero subdelegationem, in causa quo examen esset concedendum.

4. Et multo minus posset dubitari in praesenti ex supra deductis circumstantiis. Accedit ratio aequitatis, & iurius quod valde onerosum, & damnosum videretur, propter magna pericula quibus (ipisis maxime temporibus) terra scarent, & maria, & si quis à longissimis Hispania Occidentis Regionibus per varios casus per tot discrimina rerum in Latium tendere cogeretur, & tot dispendia ferre viarum, & malitiis indulgeretur quippe saxe eriam cum magna capitione a robis nostris auocamus, ut in non dissimili proflus text. in l. sed si quis. 7. ff. de tellam. quenadmod. aperiatur, & bene faciunt in fortioribus tradita per Castr. conf. 195. num. 2: ad fin. vers. responder Joannes Andreas ad Speculat. addit. 2. in tit. de offic. omn. iud. pag. mibi 154. col. 1. post principium versi sufficit cum seqq. nam exiva lares ad iudicium vocati (ipsi aut) mox solent esse, & mortales penates componere item constat, ) sunt etiam verba ipsius) longe pluri posse esse grauamen itineris quam causa principalis, & sic ratiocinantur Imperatores in l. Mediterranea. C. de anno. & trib. lib. 10. tit. 16. ibi ut plus haberet dispendit, translatio quam devotionis illustris, & in l. apparitores 5. Cod. de exalt. tribut. eod. lib. tit. 19. ibi ne longinquus itineris diversitate suscepit ad ductus, & curia sua de sit (penè dixit curæ, & in nostro casu) & rei familiaris derrimenta sustineat, & quae iuxxit Amaya in l. pro locis. Cod. diffo tit. de anno. a num. 2. ad 7. & verba text. in l. nemo 8. eod. tit. ibi, sed omnis itineris ac necessaria habita ratione delegetur, &

Ecc 2. sancte.

Tom. VIII.